

Augustinus, Aurelius; Hieronymus: De spiritu et littera. Add: Thomas Aquinas: Tractatus de periculis contingentibus circa sacramentum eucharistiae. De suffragiis missae / Sermones duo de resurrectione mortuorum; De fuga mulierum; De continentia; De contemptu mundi. Add: Hieronymus: Epistola ad Paulinum presbyterum; Augustinus: Sermones de vita clericorum. Add: Hieronymus: Ordo, seu Regula vivendi Deo ad Eustochium

[Cologne: Printer of Dictys (Arnold Ther Hoernen) / Cologne: Ulrich Zel / Cologne: Printer of Dares (Johannes SolidiSeite 109 (Schilling))], About 1470-72

presbiter in ipso loco monasterium instituit. Sed  
tamen quia nomine ipsius donatus erat locus. muta-  
uit instrumenta ut nomine monasterii possideat  
De fundo victorianensi. Ego rogo Ego hortor. Ego  
peto ut si quis eligiosus est. fide agat et exhibeat  
Ecclesie istam operam ut cito debita reddat. quod  
si nemo de laicis fuerit inuentus ego prepono  
alium iste illuc non accedat. Quid vultis apostoli?  
Nemo lacet seruos dei quod non expedit lacerantibus  
seruos dei quidem merces falsis detractionibus  
crescit et pena detrahentium nam non sine causa dictum est  
Gaudete et exultate quoniam detrahunt de vobis dice-  
tes falsa quod merces vestra magna est in celis.  
Nolumus cum detrimento vestro magnam habere merce-  
dem. Minus ibi habeamus et tamen vobiscum ibi regnemus.

Explicit Tractatus beati Augustini Epis-  
copi. De communi vita clericorum.